

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Sacerdos e
cum fontibus proximo et primo

Manipulus florum, Sacerdos e:

Qui animarum curam pro Domino suscipit
ut errantes doceat uel consoletur mestos, uel
temporalibus sustentet, uel renitentes ad
remedia salutis protrahat, uel pastore destitutos
gubernet ut secum plures ad Dominum perducatur.

Sapiens est quia
sibi ut
sublimius cum Domino regnet procurat.

Glossa super illud Prouerbiorum XI.: Qui suscipit
animas sapiens est.

Fons proximus:

Qui suscipit animas et cetera.

Qui animarum curam pro domino suscipit.
vt vel errantes doceat vel consoletur mestos vel
temporalibus bonis sustentet. vel renitentes ad
remedia salutis protrahat. vel pastore destitutos
gubernet vt secum plures ad dominum perducatur.

sapiens est. quia
sibi vnde
sublimius cum domino regnet procurat.

Glossa ordinaria, liber prouerbiorum, 11.30 (Biblia
Latina cum glossa ordinaria, A. Rusch ed., Strassburg,
1480).

Fons primus:

Et qui suscipit animas sapiens est.

Qui animarum curam pro domino suscipit
ut eas scilicet uel errantes doceat uel maestas soletur uel
egentes temporalibus bonis sustentet uel renitentes ad
remedia salutis protrahat uel pastore destitutas
gubernet quo una se cum plures ad dominum perducatur,
qui, inquam, ita animas suscipit
sapiens est quia
nimium suae animae per haec unde
sublimius cum domino regnet procurat.

Beda Venerabilis, *In Prouerbia Salomonis libri III.*, 2.11
(CCSL 119B, D. Hurst & J.E. Hudson eds., p.74, ll.162-
168).